

Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

✠ Lécctio sancti Evangélii
secúndum Lucam

23, 44-46. 50. 52-53; 24, 1-6a

⁴⁴ **E**rat fere hora sexta,
et ténebræ factæ sunt in univérſa terra
usque in horam nonam,
⁴⁵ et obscurátus est sol,
et velum templi scissum est médium.
⁴⁶ Et clamans voce magna Iesus ait:
«Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum»;
et hæc dicens exspirávit.

[47-49]

⁵⁰ Et ecce vir nómine Ioseph,
qui erat decúrio, vir bonus et iustus, ^[51]
⁵² accéssit ad Pilátum et pétiit corpus Iesu
⁵³ et depósitum invólvit síndone
et pósuit eum in monuménto excíso,
in quo nondum quisquam póſitus fúerat.

[54-56]

^{24, 1} Prima autem sabbatórum, valde dilúculo
venérunt mulíeres ad monuméntum
portántes, quæ paráverant, arómata.
² Et invenérunt lápidem revolútum a monuménto
³ et ingræssæ non invenérunt corpus Dómini Iesu.
⁴ Et factum est, dum mente hæsitárent de isto,
ecce duo viri stetérunt secus illas in veste fulgénti.
⁵ Cum timérent autem et declinárent vultum in terram,
dixerunt ad illas:
«Quid quæritis vivéntem cum mórtuis?»
⁶ Non est hic, sed surréxit».

Verbum Dómini.